



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 1. Sallentini, aliter Messapij dicti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

APV-	ASCVLVM, cognomento Apulum; Ascoli, vbi victus à Ro Pyrrhus.
LO-	VENVSIA Horatij patria, condita à Diomede ut Venem placaret quam læserat ait Seruius: in Dauniâ malè quoque locatur à Plinio: hodie <i>Venosa</i> .
RVM	ACHERONTIA oppidum, Acherontis idis Procopio: hodie <i>Chirenza</i> , seu <i>Cirenza</i> , aliter <i>Acirenza</i> , & <i>Agerenza</i> .
PEV-	Forentum, corruptè apud Liuum & Diod. Ferentum, cuius incolæ Forentani: <i>Forenza</i> .
C E-	BANTIA, ex qua Marcellus multùm nocuit Annibali, haud procul à fonte Bradani Fl. ad oppidum <i>Petra Galla</i> .
TIO-	RVM. Genusium: <i>Genosa</i> . Mateola: <i>Matera</i> .
MONS	VVLTVR pars Apennini ad Bradani Fl. fontem, incolis <i>Apennino</i> , à quo Vultur ventus nomen habet, vt intelligitur ex Liuio.

§. 4. *Messapia, seu Calabria.*

NVM. I. *Sallentini*, aliter *Messapij dicti*, hodie la partie d'Ortranto au deça de l'Apennin.

TARENTVM: hodie *Tarento*, olim & *Tarentus*, Græcis *Tarensis*, vrbs ita dicta, aut à *Tereno* quæ *Sabinâ* linguâ molle sonat, ut vult Macrobius, aut à *Taranto* *Neptuni Filio*, qui eam condidit, reparauit *Phalantus* dux *Partheniorum Lacconum*: alias opinones vide apud *Strabonem*, & *Seruium*, ut de sepulchro eui inscripta erat vox *Thare* nomen quod primò *Phalanthus* vidit, aut à *Tarento* *Herculis filio*, vnde *Herculeum* dictum. De *Partheniorum aduentu* lege *Iustinum* lib. 3. & *Pausaniam* in *Phocicis*. Apud *Virgilium* videtur *Oebalia* dici, quia à *Lacedæmoniis* condita quibus *Oebalus* imperauit. Condita erat in agro *Satyrion*, seu *Saturnio*, vnde & *Satyrion*, & *Satyreon* dicta est; à *Marone* *Saturum* cognominatur à *Saturniâ* *Minois Cretensis* filiâ, quæ genuit ex *Neptuno* *Tarentum Lacedæ-*

M M m m iij

monium, qui passus naufragium cō delatus est à Delphinis. Maxima & opulentissima vrbium maritimarum dicuntur apud Pausaniam cum portu optimo in quem influebat.

G A L E S V S Fl. item & Eurotas dictus apud Polybium, ab vrbē quinque millibus distans apud eundem: hodie *Tara*, quem malè Ortelius à Galeso distinguit.

S A L L E N T I N O R V M Hodiē Tarentini duo portus *Mare Grande*, *Mare Picolo*. Lana Tarentina mollissima erat, & oves hic tegebantur, vnde *Pellitæ* ab Horatio dicuntur.

M O N S A Y L O N vrbī adiacebat vitifer, qui quomodo nunc dicitur *ignorant ipsi indigenæ*, quidam *Tarento* vocant.

C H Æ R A D E S I N S U L æ, quas Thucydides vocat *Insulas Iapygiæ*, vnde iaculatores *Messapios Græci* suis nauibus imposuerūt: hodie *Isola S. Pelagia*, & *Isola S. Andrea* ante portum Tarentinum.

S A S I N A portus vbi Isthmus breuissimus; *Porto Cesareo*.

C A L L I P O L I S, quam Plinius in ora Senonum locat corruptè pro Sallentinorum: nunquam est dicta *Anxa*, aut *Anca*, vt vult Leander; hodiē *Gallipoli*.

I A P Y G I V M Prom. aliter **S A L L E N T I N V M**, ad quod appulit *Æneas Italianam quærens*: hodiē *Capo di S. Maria di Lenca*.

L E V C A, oppidum & portus, vbi fons aquæ feruentis, de quo Strabo fabulas commemorat: *S. Maria di Lenca*.

V R - B E S - M E - D I - T E R - R A - N E Æ - S A L - L E N - T I - N O - R V M . **R U D I A**, vel Rhodæ, & Rhodiæ, & Rhedia Plinio, vrb̄s Pædicularum patria Ennij, vt omnes putant: *Ruia Cluuerio*; rudera vrbis ait Leander vocari *Ruse*.

Manduriæ & Mandurium, & Manduria, Plutarcho malè Mandonium, ad quam vrbem cæsus Archidamus Argesilaï filius: hodiē *Mandola Nigro*, aliis *Casal Novo*, aut ei locus adiacens *Andoria*, aliter *Versentino* dictus.

Neretum Sallentinorum cognominatum: *Nardo*. **S O L E T V M , & S A L A N T V M**, Plinio, aliter **S A L L E N T I A**, cuius meminit Stephanus, vnde dicti Sallentini: *Soleto*. **Vxentum**: hodiē *Ogento* { *Cluuerio*. **Bauota**: nunc *Pacauta*. } *S*